



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

11. Aprilis. 3. Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**


270 ANNI CISTERCIENS.

Firmitatis nomine insignitam: ne dubitarent posteri de solida firmitate sacri Ordinis, non nisi cum orbis terrarum ruinis spectaturi suum occasum. Quatuor annos in regimine consumpsisti, cā quidem sanctitate & industria, ut penè gloriam Matris adæqua-

Fervor in superandis laboribus. *Rogo te, o beate, ne permittas me ultra sordescere in vitioso tepore meo. Infunde mihi in hujus morbi remedium, sanctū fervorem, quo tu in senectam & senium usque, per omnes laborum difficultates penetravisti.*

S. BERNARDUS, Epist. 34r.

Studiū virtutis *Erubescat anima conversa ad Dominum, minori affectu sectari justitiam, quam iniquitatem antea sectaretur.*



II. Aprilis. 3. Idus.

Promotus año 1520. **B**ANGELE de Victoria: qui in Ferrariensi cœnobio tyrocinium non tam Ordinis, quam præstantissimarum virtutum percurrens, pro vitæ & doctrinæ merito in diversis monasterijs officium Abbatis maxima laude & fructu administravisti. Tandem totius Congre-



Congregationis Hispanicæ Reforma-  
tor Generalis electus, talem te in opere  
illo, laborum plenissimo, exhibuisti,  
qualem omnium piorum vota exopta-  
verant. Dum Abbatem agebas; animi *Abba-  
tis egre-*  
demissio te fecit ultimis parem: solici-  
tudo, præsertim circa infirmos, omni-  
um solatium: charitas, quâ singulis ne-  
cessaria providebas, omnibus venera-  
bilem: mansuetudo denique, quâ erga  
delinquentes utebaris, verè te Ange-  
lum pacis demonstrabat. Ad Angelos  
porrò lucis te, post superatum patien-  
tissimè fatalem morbum, fuisse assum-  
ptum, testata est gemina lux cœlitus *Lux in  
cœlis*

immitta: quarum altera supra locum *morte*  
tuæ migrationis, in forma magni sive *appa-*  
ris sub ipso agone apparens, tecum ex-  
spiravit, desinitque videri: altera trili-  
nium omne illustravit, postquam in-  
ter illa psalmi: *In manus tuas commendo  
spiritum meum: placidè obdormivisti.*

*Una timoris materia, unicus terror meus, Mortē  
est mortis illa terribilis hora. Tu, queso, terribi-  
gratiam mihi impetra, quâ tremoris cau-  
sam, quæ nulla est, præter peccatum, pe-  
nitentiâ, ah non nimis serâ! sed maturâ,  
& seriâ, amoveam.*

Sancti Martyres STEPHANE Ab-  
bas, & ILDEBRANDE Converse: *Passi  
anno*  
qui ab hæreticis Albigenisibus compre-  
hen- *1209.*



272 ANNI CISTERCIENS.  
hensi, alter triginta sex, alter viginti  
quatuor vulneribus confossi, gloriose  
pro Ecclesiæ Catholicæ veritate occu-  
buitis. *Orate pro me: ut qui Martyrj  
palmâ dignus non sum, longum saltem  
martyrium corporis mortificatione, ac di-  
gnâ pro peccatis meis pœnitentiâ, ducam.*

S. BERNARDUS, ser. 30. in Cant.

Morti-  
ficatio  
est mar-  
tyrium. *Genus martyrii est, spiritu facta car-  
nis mortificare; quo membra cadun-  
tur ferro: horrore quidem mitius, sed  
diuturnitate molestius.*

12. Aprilis. Pridie Idus.

Passi  
circa  
annum  
1171. **B**Eati Monachi Cistercienses, condi-  
tione quidem ac dignitate diversi,  
sed unam ob causam passi gravem per-  
secutionem Friderici Imperatoris: qui  
vos multis calamitatibus exagitados,  
tandem ex totius Imperij finibus inju-  
riosè proscripsit, eò quòd legitimo  
Pontifici Alexandro III. contra intru-  
sum Victorem adhæseritis. Pauca ad-  
modùm de vestris nominibus nota in  
terris sunt, sed ob fidei vestræ inter tot  
adversa constantiam, expressa in libro  
Vitæ. *Vos intercessione vestra facite, ut*  
nomen